Digitized by Google

Digitized by Google

DECRETA ET STATVTA SYNODI PROVINCIALIS MECHLINIENSIS,

Die vndecima menſis Iunij, anni milleſimi quingenteſimi ſeptuageſimi, Pontificatus Sanctiſſ. in CHRISTO Patris ac Domini noſtri D. PII diuina prouidentia Papæ quinti anno quinto inchoatæ, & decima quarta die menſis Iulij eiuſdem anni concluſæ;

Præſidente in ea Reuerendiſſ. in CHRISTO *Patre ac Domino D.* MARTINO RYTHOVIO *Epiſcopo Yprenſi, tamquam ſeniori comprouinciali, nomine & loco Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. in* CHRISTO *Patris ac Domini noſtri* D. ANTONII PERRENOT, *Archiepiſcopi Mechlinienſis, & tituli* S. PETRI *ad vincula Cardinalis Granuellani.*

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. XXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

DECRETA ET STATVTA SYNODI PROVINCIALIS MECHLINIENSIS,

Die vndecima menſis Iunij, anni milleſimi quingenteſimi, ſeptuageſimi, Pontificatus Sanctiſſimi in CHRISTO Patris ac Domini noſtri D. PII Diuina prouidentia Papæ quinti anno quinto inchoatæ, & decima quarta die menſis Iulij eiuſdem anni concluſæ;

Præſidente in ea Reuerendiſſ. in CHRISTO *Patre ac Domino* D. MARTINO RYTHOVIO *Epiſcopo Yprenſi, tamquam ſeniori comprouinciali, nomine & loco Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi in* CHRISTO *Patris ac Domini noſtri* D. ANTONII PERRENOT, *Archiepiſcopi Mechlinienſis, & tituli* S. PETRI *ad vincula Cardinalis Granuellani.*

DECRETVM *de apertione Concilij Prouincialis Mechlinienſis, pronuntiatum à Reuerendiſſimo Domino Præſidente.*

CHRISTI NOMINE INVOCATO, præſentem Synodum Prouincialem Mechlinienſem, primò ab Illuſtriſſimo Cardinale Granuellano, D. Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Prouinciæ Mechlinienſis, conuocatam & coactam, & iteratò quatenus opus erat à

nobis indictam, poſt debitam deliberationem cum noſtris confratribus Epiſcopis comprouincialibus, de eorumdem conſilio & aſſenſu, tamquam legitimè congregatam aperiendam eſſe decernimus, & aperimus; apertamque indicamus & declaramus in his ſcriptis, Inhibentes ne quis ab ea recedat ſine noſtro conſenſu.

DECRETVM *ſuper abſentia Illuſtriſſimi Cardinalis, & Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi Mechlinienſis.*

ETSI non dubitet Synodus Prouincialis, ſuæ Sanctitati notas eſſe cauſas, propter quas Illuſtriſſimus Cardinalis, & Reuerendiſſimus D. Archiepiſcopus Mechlinienſis, Prouincia ſua ad tempus relicta, ad Vrbem ſe contulerit; volens tamen officio ſuo ſatisfacere iuxta Decreta Tridentina, excuſationem ſibi à generali Vicario exhibitam & poſitam recepit & admiſit. Sed ex ſingulari affectu, quo erga ſuum Archiepiſcopum tenetur, illum rogat & hortatur, vt quamprimùm ceſſantibus cauſis liceat, quamprimùm ad Eccleſiam ſuam redeat; vt ipſius præſentia & auctoritate vniuerſi Ordines Eccleſiaſtici in hac Pro-

Digitized by Google

Prouincia in officio ſuo rectiùs conti-neantur.

DECRETVM, *quòd nulli præiudicium fiat ex ordinatione euocationis aut ſeßionis in hac Synodo, pronuntiatum à Reuerendißimo Domino Præſidente.*

HAbita cum noſtris confratribus Epiſcopis comprouincialibus ſuper ordine Eccleſiarum matura communicatione, de ipſorum conſilio & aſſenſu, ad euitandas quæſtiones, quæ inde in principio oriri poſſent, Declaramus omne id ſine præiudicio ordinis & honoris futurum, quidquid in præſenti Prouinciali Concilio accidet, ex Eccleſiarum euocatione aut Deputatorum ſeſſione: quodque nemo per hoc aliquid noui iuris quoquomodo prætendere poterit in futurum. Ne tamen quæſtiones de ordine Eccleſiarum cum alicuius iniuria diſſimulare velle videamur, liberum erit omnibus, ſuo tamen loco, rationes, ſi quas habeant, proponere à Patribus examinandas.

De recipiendis DECRETIS *Concilij Tridentini.*

HÆc Synodus Prouincialis Mechlinienſis in Spiritu ſancto legitimè

Digitized by Google

congregata, In primis & ante omnia, volens ſatisfacere diſpoſitioni Concilij Tridentini cap. 2. ſeſſione 25. in quo de recipiendis Decretis eiuſdem Concilij Tridentini, & obedientia, profeſſione fidei, ac hæreſeon deteſtatione agitur, poſt publicam Decretorum eiuſdem Concilij lectionem, ſtatuenda duxit & ſtatuit ea quæ ſequuntur.

DECRETVM PRIMVM.

INPRIMIS Ordinat & præcipit, vt omnes & ſinguli, qui ad hanc Synodum conuenerunt, ſimpliciter & ſine vlla proteſtatione ea omnia & ſingula, quæ à ſancta Synodo Tridentina definita & ſtatuta ſunt, palàm recipiant; Necnon veram obedientiam Summo Romano Pontifici ſpõdeant & profiteantur, ſimulque omnes hæreſes à ſacris Canonibus, præſertimque ab eadem Synodo Tridentina damnatas deteſtentur & anathematizent ſecundùm tenorem ſchedulæ ſequentis.

TENOR *receptionis Decretorum & profeßionis Fidei.*

EGO N. omnia & ſingula, quæ à ſancta Synodo Tridentina ſtatuta & definita ſunt,

ſunt, palàm recipio: Necnon verá obedientiam Summo Romano Pontifici ſpondeo & profiteor; ſimulq́ue hæreſes omnes à ſacris Canonibus & generalibus Concilijs, præſertimq́ue eadem Synodo Tridentina, damnatas deteſtor & anathematizo.

DECRETVM *de abſentibus, & eorum procuratoribus.*

EAdem Synodus attendens, quòd procuratores abſentium ſpeciale mandatum non habeant ad hoc, vt in hac Synodo Prouinciali, conſtituentium nominibus, & pro eis, Decreta Concilij Tridentini recipiant, obedientiam Summo Romano Pontifici ſpondeant ac profiteantur, & hæreſes deteſtentur; Statuit & ordinauit, vt abſentes, ad hanc Synodũ euocati infra decẽ dies proximè ſequentes, ſuis aut alijs ad hoc ſpecialiter conſtituendis procuratoribus mandatum mittant ſpeciale, cuius virtute ipſorum nominibus, & pro eis dictam receptionẽ, profeſſionem & deteſtationẽ, ſimpliciter & ſine vlla proteſtatione realiter & cũ effectu faciãt, ſicuti pręſentes in hac eadẽ Synodo vniuerſi, tam Epiſcopi, quàm alij, fecerunt. Si qui autem in tranſmittendo mandato ſpeciali fuerint

defectuoſi, & in hac Synodo Prouinciali dictam receptionem, profeſſionem & deteſtationem non fecerint; Mandat eadem Synodus, vt in proxima Synodo Diœceſana poſt hanc Prouincialem celebranda compareant, & dictam receptionem, profeſſionem & deteſtationem, ſecundum formam in hac Synodo Prouinciali deſcriptam & obſeruatam, ſimpliciter & ſine vlla proteſtatione faciant.

DECRETVM *de facienda Decretorum receptione, profeſſione & deteſtatione, in Synodo Diœceſana.*

STatuit & ordinat eadem Synodus, vt omnes & ſinguli, qui de iure vel conſuetudine, aut ex diſpoſitione Concilij Tridentini, Synodo Diœceſanæ intereſſe debent, & in hac Synodo Prouinciali Decretorum receptionem prædictam, obedientiæ profeſſionem, & hæreſeôn deteſtationem non fecerint, in proxima futura Synodo Diœceſana illam faciant, ſub pœnis in Concilio Tridentino expreſſis, non obſtante exemptione quacumque. Mandat etiam, vt Epiſcopi huiuſmodi receptionem, profeſſionem & deteſtationem in ſuis Synodis non admittant, niſi
ſecun-

Digitized by Google

ſecundùm formam in hoc Prouinciali Concilio obſeruatam.

DECRETVM *de reuiſendis ſtatutis & iuramentis Eccleſiarum.*

VT autem Decreta Concilij Trident. ab omnibus præſentibus in hac Synodo Prouinciali iam recepta, & ab alijs ſiue in hac eadem, ſiue in futuris Diœceſanis recipienda, ab omnibus fideliter obſeruentur, & ne quid ſucceſſu temporis contra eadem Decreta ex lectione antiquorum ſtatutorum aut iuramentorum (quæ omnia qua parte Decretis aut Statutis Tridentini repugnant, irrita decernit & inania) in vſum recipiatur; Voluit & præcepit eadem Synodus omnibus & ſingulis Prouinciæ Mechlinienſis Epiſcopis, vt in Eccleſijs ſuarum reſpectiuè ciuitatum & Diœceſium etiam exemptis ſtatuta & iuramenta diligenter viſitent, examinent; & ſi in vllo Decretis Concilij Trident. repugnent, mutent & reforment, & Tridentinis Decretis accommodent. Iniungit etiam earumdem Eccleſiarum vniuerſis Prælatis, Præpoſitis, Decanis, & Capitulis, vt Epiſcopo viſitanti, & ſtatuta vel iuramenta, vt præmittitur, corrigenti & reformanti

formanti pareant ſub pœnis arbitrio ipſorum imponendis.

DE SACRAMENTIS.

De legitimo vſu, virtute & efficacia Sacramentorum, ceteriſque eódem pertinentibus, non minùs copioſè, quàm Catholicè & religioſè ſtatuit ſacroſanctum Concilium Tridentinũ: cuius Decreta & Canones omnes, cùm Synodus Prouincialis Mechlinienſis reuerenter receperit, ea non aliter obſeruari præcipit, quàm ſi de verbo ad verbum hîc inſerta forent. Et quę ſequuntur, ſuperaddenda cenſuit.

CAPVT I.

INprimis vt ſtudijs Anabaptiſtarũ (quorũ hæreſis latè ſerpit) potentiùs occurratur, & vt certiùs deprehendantur, qui multis artibus infantes ſuos ſacro Baptiſmo ſubtrahunt, & quo cautiùs lateant, ſubinde aliò atque aliò migrant; Synodus Prouincialis Mechlinienſis hortatur & requirit omnes & ſingulos Magiſtratus quarumcumque ciuitatũ, oppidorum, & locorum, ne quam obſtetricẽ ad obſtetricandum parturientibus admittãt, niſi priùs à Curatis loci, vbi dictæ obſtetrices morantur, teſtimonium ſinceræ & Catholicæ fidei

dei

dei habeant, & niſi iurent ſingulis ſeptimanis die ſabbati cuiuſque loci Paſtori denuntiare nomina & cognomina puerperarum, quibus adfuerunt, cum numero prolium ſuſceptarum: Curati verò infra quindecim dies à tempore ſcientiæ indicabunt Epiſcopo aut eius Vicario nomina & cognomina matrum, quæ proles ſuas baptizari non fecerint; idq́ue ſub pœna ſuſpenſionis, aliaſq́ue arbitraria.

CAPVT II.

SI quis proles habeat non baptizatas, aut grandiores aliquæ ſint non baptizatæ; Mandat Synodus parentibus, vt curent proles ſuas intra decem dies à publicatione præſentium in Parochia, in qua natæ ſunt aut morantur, baptizari; ipſæq́ue non baptizatæ, ſi ad annos diſcretionis peruenerint, ſtatim facient ſe in fide inſtrui, ſiue catechizari & baptizari in Eccleſia parochiali, in qua morantur: quas Curatus, vbi nouerit, tenebitur infra quindecim dies à tempore ſcientiæ, Epiſcopo aut eius Vicario denuntiare ſub pœnis prædictis.

CAPVT III.

QVoniam in admittendis patrinis in Baptiſmo non eadem adhuc vbique ſeruatur ab omnibus ratio; Diſtrictè mandat

dat hæc Synodus, vt ſeriò Statutum Concilj Tridentini cap. 2. de Reform. ſeſſ. 24. obſeruetur à Paſtoribus, ita vt ad ſuſcipiendum infantem in Baptiſmate vnum tantùm virum ſiue mulierem, aut ad ſummum vnum & vnam admittant, quorum nomina in libro deſcribant, alioſque à ſuſceptione prohibeant. Et ſi qui ſint, qui Paſtoribus inuitis ſe ingerant, præter deſcriptos, ad tangendum baptizandum inſtar patrinorum, declarent apertè illos verè non eſſe patrinos, nec cognationem ſpiritualem contrahere.

Capvt IV.

QVia ſuperioris temporis negligentia, probatiſſimus ille Chriſtianæ Eccleſiæ mos quibuſdam in locis eſt collapſus, quo puerperæ certo poſt partũ die referre Domino Deo gratias ſolent; Statuit ſancta Synodus, vt vbique conformiter in vſum reuocetur, ac puerperæ ad Miſſæ ſacrificium veniant; & contra negligẽtes, ſeu piæ conſuetúdinis violatores, procedatur.

Capvt V.

QVod ad Sacramentum pœnitentiæ attinet; Mandat Synodus Paſtoribus omnibus, vt regiſtrũ conficiant omnium, quorum tempore Quadrageſimæ confeſ-

ſiones

ſiones recipiunt, atque vt in illud omnes alij etiam Religioſi ad confeſſiones audiendas admiſſi, eos deſcribi curent, quorum confeſſiones exceperunt, & à Paſtoribus auditi non ſunt; nec alios, quàm ſic deſcriptos, ad Sacramenta, etiam Matrimonium aut ſepulturam, admittant: & proinde etiam omnibus ſubditis mandat, vt in hoc regiſtro tempore opportuno ſe inſcribi faciant.

CAPVT VI.

PAſtores & alij Confeſſarij extra caſum neceſſitatis à caſibus Epiſcopis reſeruatis neminem abſoluant, niſi ad hoc ab Epiſcopis ſpecialem commiſſionem habuerint. Caſus autem Epiſcopis reſeruati ſunt hi: Raptus virginum, Homicidium, Incendium ex deliberata voluntate procuratũ, Simonia, Sodomia, Hæreſis, Apoſtaſia, Inceſtus cum conſanguineis aut ſanctimonialibus, Iniectio manuum violenta, deliberato propoſito cum læſione in parentes facta, Sortilegium, Adulterium notorium, & omnia delicta, quæ excommunicationem maiorem à canone vel ab homine latam annexam habent; & omnia alia delicta prædictis grauiora. Meminerint autem Epiſcopi, vt in notorijs criminibus pro tem-

Digitized by Google

temporum & perſonarum qualitate publicam pœnitentiam in vſum reuocent.

CAPVT VII.

SAcroſancta Euchariſtia piè & vtiliter ad populi deuotionem interdum in publicis ſupplicationibus defertur, potiſſimũ verò in Feſto ſacro Chriſti corpori propriè conſecrato, eiuſque Octaua. Sed ne nimia frequentia minuat reuerentiam, rariùs extra prædicta tempora id fiat; & non niſi in arduis cauſis pacis, aut publicæ neceſſitatis: In illis autem proceſſionibus, ad quas populus non tam orandi, quàm ſpectandi gratia confluere ſolet, abſtineatur; in communibus autem ſupplicationibus circumgeſtari poterunt Sanctorum reliquiæ.

CAPVT VIII.

PAſtores etiam venerabilis corporis Chriſti Sacramentum ad ægrotos nũquam perferent, niſi decenter & reuerẽter ornati ſtola & ſuperpellicio, & cuſtos ſuperpellicio indutus, lumen & campanulam ſonantem præferat, quo populus ſui moneatur officij, tum erga Sacramẽtum, tum erga laborantem infirmum. Et quãdo fieri poteſt, antequam ſacra Euchariſtia ad ægrotũ deferatur, præmittatur confeſſio.

Digitized by Google

CAPVT IX.

SEd neque ſacrum Oleum infirmorum, etiam ſine ſacra Euchariſtia, vmquam ad ægrotos deferant Paſtores, niſi ſuperpellicium induti & ſtolam.

DE ORDINANDIS.

DE qualitatibus eorum, qui ad ſacros Ordines promouendi ſunt, accuratè ſtatuit Concilium Trident. de quibus hæc Synodus, quædã, diligentioris obſeruationis cauſa, repetenda duxit & ſtatuenda.

CAPVT I.

NVllus ad minores Ordines deinceps admittatur, ſine teſtimonio probitatis & litteraturæ, à proprio Parocho, & Magiſtro ſcholæ in qua ſtuduit: Ad maiores autẽ promouendus etiam teſtimonium habeat de præmiſſis proclamationibus iuxta ordinationem Concilij Tridentini, cap. 6. ſeſſ. 23.

CAPVT II.

AD ſingulos maiores promouendi, feria quarta vel quinta ante ipſam ordinationem tempeſtiuè in ciuitate aut loco, vbi Epiſcopus Ordines cõferre decreuerit, adſint, ſuper ætate, vita, doctrina, & natalibus, necnon ſuper valore beneficij, patri-

patrimonij, aut penſionis (cuius titulo promoueri intendunt) ab Epiſcopo ſeu Deputatis examinandi.

Capvt III.

NEmo ad ſacros Ordines in poſterum promoueatur, qui ex beneficij, patrimonij, aut penſionis fructibus, ſeu emolumentis annuis, non habeat ad minimum triginta carolinos. Qui titulus erit in regiſtris Epiſcopi, & litteris Ordinationum, exprimendus.

Capvt IV.

IVret etiam Ordinandus, quòd titulum, quem pro ſua futura promotione exhibet, verè & ſine vlla fraude poſſideat; quodque illum non reſignabit, alienabit, aut in illius extinctionem conſentiet, niſi ſibi de nouo ſufficienti titulo fuerit prouiſum.

Capvt V.

POſſint nihilominùs Epiſcopi, ob Eccleſiæ neceſſitatem, quoſdam ætate & moribus idoneos, etiam ſine titulo ad ſacros Ordines promouere; cum conditione tamen, quòd illis de congruo titulo prouidebunt.

DE

Digitized by Google

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

QVÆ de Sponſalibus ex diſpoſitione Iuris communis, & de Matrimonijs,per Concil. Trid. decreta ſunt, eadem Prouincialis Synodus hîc innouat;& ad eorum commodiorem obſeruationem ordinat quæ ſequuntur.

CAPVT I.

CVm Concil.Trid. Matrimonia clandeſtina annullet, & omnes inhabilitet,ad contrahendum aliter, quàm ſecundùm formam ab eodem Concilio deſcriptam; ex ordinatione eiuſdem Concilij mandat Paſtoribus, vt ſæpiùs populo in ſuis concionibus hanc Matrimonij nullitatem, & perſonarum inhabilitatem, in memoriam reuocent.

CAPVT II.

QVia coactæ nuptiæ triſtem plerumque & luctuoſum habent exitum, diligenter inquirant Paſtores, an Matrimonium contracturi ſponte & animo deliberato, non vi aut metu parentum, amicorum aut aliorum coacti ad Matri-

monium procedant. Quòd ſi inuenerint aliquem vel aliquam ex contrahentibus coactum ad contrahendum, nullo modo ad coniunctionem eorum procedere audeant; neque alteri vices ſuas committant, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio.

Capvt III.

SI Sponſalia & Matrimonium contrahere volentes diuerſarum ſint Parochiarum ſub eodem Decanatu; Parochus, in cuius manibus Sponſalia contracta ſunt, litteras teſtimoniales huiuſmodi Sponſalium alteri Parocho dirigat, vt ad proclamationes neceſſarias procedat: atque ad Matrimonij ſolemnizationem non admittantur deſponſi, niſi priùs conſtito de neceſſarijs proclamationibus hinc inde in facie Eccleſiæ, & in diebus Dominicis ſeu feſtiuis factis; neminemque eſſe, qui Matrimonio contrahendo ſe opponere velit, aut impedimentum aliquod canonicum denuntiare.

Capvt IV.

SI Sponſalia & Matrimonium contrahere volentes diuerſorum ſint Decanatuum, ſub eodem tamen Epiſcopatu; Paſtores à ſuis Decanis, tam ſuper Sponſalibus

libus contractis, quàm ſuper proclamationibus, atteſtationes ſignatas & approbatas habere debeant; nec antè ad Matrimonij ſolemnizationem deſponſi admittantur, quàm tota res hoc modo ad Decanos delata fuerit: Decani autem ratione examinis huius negotij non vltra ſex ſtuferos recipiant, & Paſtores non vltra quatuor.

CAPVT V.

SI autem Sponſalia & Matrimonium contrahere volentes diuerſorum ſint Epiſcopatuum, Paſtores à ſuis Epiſcopis, tam ſuper Sponſalibus contractis, quàm ſuper proclamationibus, atteſtationes approbatas habere debeant; neque antè ad Matrimonij ſolemnizationem deſponſi admittantur, quàm ſuorum Epiſcoporum litteris ad hoc expreſſam facultatem habuerint: atque Epiſcopi ratione huiuſmodi litterarum pro notario & ſigillifero non vltra octo ſtuferos recipi permittant.

CAPVT VI.

VT quoque multis periculis, quæ ex hominum malitia & fraude proueniri poſſunt, in Matrimoniis contrahendis occurratur; inhibet Synodus omni-

Digitized by Google

bus Paſtoribus, eorumq́ue vicem gerentibus, ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, ne quem alterius regni vel regionis, aut vagum & ignotum ad Matrimonium admittant, ſine licentia Epiſcopi ſui in ſcriptis obtenta. Hortaturq́ue Synodus Ordinarium, ne dictam licentiam ſine cauſæ cognitione & matura deliberatione concedat.

CAPVT VII.

TEmpus clauſum à Concil. Trid. reſtrictum eſt; proinde diligentiùs obſeruetur. Si tamen ex legitima & vrgente cauſa aliqui per Epiſcopum ad Matrimonium illo tempore contrahendum admittantur, abſtineatur à ſolemnitate nuptialis conuiuij, à choreis, & ſimilibus inſolentijs, quæ tempori non congruunt, ſub pœna viginti florenorum Rhenenſium ad pium vſum applicandorum.

DE OFFICIO ET CVLTV DIVINO.

QVÆCVMQVE Sacroſanctum Concilium Tridentinum ſtatuit & ordinauit de Officio diuino debitè peragendo, hæc omnia Prouincialis Synodus Mechlinienſis mandat

dat diſtrictè obſeruari ; & quæ ſequuntur, ſuperaddenda cenſuit.

CAPVT I.

ANte omnia diuinum Officium fiat ſtatis horis, tractim, ſemper integrè, diſtinctè, deuotè & reuerenter per eos ad quos propriè pertinet ; obſeruato tamen diſcrimine dierum ſolemnium à ferialibus & minùs ſolemnibus.

CAPVT II.

DIſtributiones Chori diſpenſentur ſecundùm præſcriptum Concilij Tridentini arbitrio Epiſcopi ; ſic tamen quòd in maioribus Horis, ſcilicet Matutinis, ſumma Miſſa & Veſperis notabiliter maiores ſint, quàm in minoribus Horis ; nec tamen in minoribus tam exiguæ, vt negligantur.

CAPVT III.

DEinde non alij diſtributiones recipiant, quàm qui ſtatis horis in Choro interſint ; videlicet in Matutino ante finem primi Pſalmi, ſimiliter in Veſperis, & in alijs Horis : in Miſſis verò tam de tempore, quàm anniuerſariorum, ante primam Collectam, & inibi à principio vſque ad vltimam cuiuſque Officij Orationem incluſiuè, excepta neceſſitatis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cauſa, permanſerint : & tum demum, & non anteà, plumbetorum ad hoc ab Epiſcopis ordinandorum diſtributio fiat. Ceteri verò, quauis colluſione aut remiſſione excluſa, diſtributionibus careant, niſi excuſentur ex cauſis expreſſis in Capitulo, Conſuetudinem, de Clericis non reſidentibus in Sexto. Si autem in quibuſdam Eccleſijs ex fundatione, ſtatuto, vel conſuetudine, citiùs intereſſe diuino Officio teneantur, vel diutiùs in eo permanere, non vult Synodus illis derogatum eſſe.

Capvt IV.

Et ne conſtitutio dicti Capituli Conſuetudinem, ac Decretum Concilij Tridentini reddantur illuſoria prætextu alicuius ſtatuti de diebus luſiuis aut recreationis; ſtatuit eadem Synodus Prouincialis huiuſmodi ſtatutum tamquam corruptelam ex regiſtris Capitulorum delendum & expungendum eſſe, & loco illius obſeruandum, quod dicto Capitulo Conſuetudinem, diſponitur: ita videlicet, vt ſi quis in negotijs Eccleſiæ, aut Epiſcopatus, vel ob infirmitatem, aut corporalem neceſſitatem, ſtatis horis intereſſe nequiuerit, pro intereſſente diuinis habeatur; atque

Digitized by Google

atque vt talis diſtributionibus gaudeat. Sub quibus quidem exceptis caſibus etiam eos comprehendi cenſet Synodus, qui pro conſeruanda aut recuperanda valetudine aërem ad tempus mutare, aut aliàs publica aut legitima cauſa, iuxta dictum Cap. Conſuetudinem, abeſſe coguntur.

CAPVT V.

INtelligit autem Synodus Prouincialis in Eccleſiæ negotijs occupari, non ſolùm eos qui Capituli vel fabricæ negotia tractant, ſed & Epiſcopum, Archidiaconum, Pœnitentiarium, atque illos omnes, qui propria dignitatum vel præbendarum ſuarum munia obeunt, aut Epiſcopis Ordines conferentibus, viſitantibus, ac in alijs Epiſcopatus negotijs occupatis adſunt, vel aliquò ab eis miſſi conſilium & operam ſuam impendunt; quos pro eo tempore, fraude & dolo ſecluſis, decernit pro præſentibus reputari, & omnibus emolumentis gaudere debere, ſicuti ſi perſonaliter diuinis intereſſent.

CAPVT VI.

ILlos quoque, qui ſub dictis diuinis Officijs aut celebrant, aut ad celebrandum

ſe præparant; vult hæc Synodus pro eo tempore præſentes in diuinis reputari, modò tamen abſoluto Sacrificio, ſine notabili mora in Chorum redeant.

CAPVT VII.

QVoniam in diuino Officio quandoque, & potiſſimùm in Feſtis, quæ certis Diœceſibus propria ſunt, in hiſtoriis quæ leguntur, & Sequentijs Miſſarum, quædam occurrunt, quæ ſubinde pios offendunt: curent Epiſcopi, vt quod in eo Officio purgandum videtur & corrigendum, expurgent & corrigant, aut loco Officij huiuſmodi iubeant Officium de Communi cantari.

CAPVT VIII.

NEmo quoque, cùm publicè preces horariæ cantantur, vel ſacrificium Miſſæ, profanum quidpiam, aut ab inſtituto alienum legat; neque etiam dormiat aut fabuletur, ſub pœna priuationis diſtributionum eius Officij: & ſi ſemel correptus, ſecundò aut tertiò circa præmiſſa deliquerit, vltra amiſſionem diſtributionum grauiter puniatur.

CAPVT IX.

INſolentiæ omnes è ſacris locis omnino arceantur, & nemo Eccleſiæ beneficiatum

ciatum

Digitized by Google

ciatum aut habituatum, ſeriùs cum habitu decenti Chorum intrantem, audeat manuum vel pedum plauſu, vel ſibilis, aut alia quacumque ratione ineptiore eijcere, aut ab ingreſſu prohibere; ſufficiat autem eum priuatione diſtributionis mulctari.

CAPVT X.

COhibeant Epiſcopi cantores, organiſtas & campanarios, & alios quoſcumque, à laſciua, militari & quauis indecora muſica in cantu, organis & campanis, ſub pœna decem ſtuferorum ad pios vſus arbitrio Epiſcoporum applicanda. Et ſi ſemel puniti non abſtinuerint, pœna carceris ac aliàs arbitraria plectantur. Deambulationes quoque ac profana colloquia impediant, ac delinquentes tempore diuini Officij pœnam trium ſtuferorum, & extra tempus diuini Officij duorum incurrant ipſo facto: quam pœnam Epiſcopi exequi curent.

CAPVT XI.

COnuiuia quoque & negotiationes in ſacro loco nullo modo admittantur: Proclamationes verò forenſes non niſi extra templum, & poſt diuinum Officium plenè abſolutum fiant; atque, vt laici ab

his efficaciùs comprimantur, Magiſtratuum locorum aſſiſtentiam implorent Epiſcopi, vt etiam ipſorum auctoritate ordinatio ad impediendum huiuſmodi inſolentias fiat & publicetur.

Capvt XII.

Requirantur quoque locorum Magiſtratus, vt in omnibus Parochijs edicto publico mandent, tempore quo diuinum Officium peragitur, aut verbum Dei prædicatur, tabernas non niſi pro viatoribus aperiri, neque aliquod genus ludi publicè aut priuatim inſtitui, & omnino abſtineri à tripudijs, & alijs inſolentijs, quibus parochiani à viſitatione diuini Officij & verbi Dei auditione diſtrahi poſſent, ſub pœnis arbitrio eorum imponendis. Ipſi quoque Epiſcopi per ſuas Diœceſes in ſingulis Parochijs ſub certis pœnis ſuis nominibus ſimilem inhibitionem fieri procurent.

Capvt XIII.

Denique vt omnis irreuerentiæ circa diuinum Officium, maximè autem circa ſacrificium Miſſæ, tollatur occaſio; ſtatuit & ordinat, ne quis ſæcularis aut regularis in priuatis ædibus, atque omnino extra Eccleſiam, & ad diuinum tantùm

cultum

Digitized by Google

cultum dedicata Oratoria ab Epiſcopis deſignanda & viſitanda, aut olim ad diuinum cultum deſignata ac appropriata, ſanctum Miſſæ ſacrificium peragere præſumat. Si quis autem huic ordinationi contrauenerit, tam ipſe qui celebrat, quàm is qui Sacerdotem ad celebrandum requiſiuit, aut admiſit, arbitrio Epiſcopi puniatur.

CAPVT XIV.

ALtarium portatilium vſus ad populi commoditatem, vrgente neceſſitate, latè permiſſus fuit. ſed ne quod ad tempus tantùm, & ex graui cauſa conceſſum eſt, contra Canones, & ad irreuerentiam ſacroſancti myſterij Miſſæ trahatur in conſuetudinem; curent Epiſcopi, vt quàm primùm fieri poteſt, in ſingulis Eccleſijs altaria iterùm conſecrentur; eoque facto ibidem altarium portatilium vſus interdicatur.

CAPVT XV.

IN Eccleſiis autem, in quibus binationes in vſu fuerunt, vt ancillis & famulis de matutinali Miſſa prouideretur; vult Synodus, vt illis ſublatis, Epiſcopi commodam rationem ineant retinendæ Miſſæ matutinæ, & in primis accuratè ſe

ſe informent de qualitatibus & oneribus Sacellaniarum in Eccleſijs parochialibus erectarum, vt illarum poſſeſſores ad perſonalem reſidentiam compellant, aut etiam per contributionem parochianorum honeſto Sacerdoti ſtipendia vitæ conſtituant, qui & Miſſam matutinalem peragat,& Paſtori occupato aut infirmo in adminiſtrandis Sacramentis ſubueniat: idque conditione tali, quòd conſuetum in ſimilibus ſtipendium à parochianis recipere & retinere poſſit.

CAPVT XVI.

MAndat etiam Synodus, vt omnes ſe accommodent in lectione Horarum tenori Bullæ Apoſtolicæ per Pium Papam V. editæ,& hîc publicatæ.

CAPVT XVII.

CEtera autem quæ circa diuinum Officium ſtatuenda & ordinanda hîc deſiderantur, quia varia ſunt, & commodè vniformiter definiri non poſſunt; Epiſcopis cum duobus Canonicis Eccleſiarum cathedralium, quorum vnus ab Epiſcopo, alter à Capitulo eligetur, Synodus committit, vt viſitatis & repurgatis Eccleſiarũ ordinationibus & cærimonijs, ſtatuant quod viderint pietati, decori

Eccle-

Eccleſiæ , & populi ædificationi conuenire.

DE FESTIS.

CVM cap.12.ſeſſ.25. ſub titulo de Regularibus & Monialibus cautum ſit, dies Feſtos in qualibet Diœceſi conſtitutos, ab omnibus, exemptis etiam Regularibus, vniformiter obſeruandos eſſe : operæpretium fuerit declarare, quos Feſtos dies Synodus Prouincialis per totam prouinciam Mechlinienſem obſeruari decreuerit.

CAPVT I.

SVnt autem iſta, præter dies Dominicos, Feſtum Natiuitatis Chriſti, Stephani Protomartyris, Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, Sanctorum Innocentium, Circumciſionis Domini, Epiphaniæ, Conuerſionis Pauli, Purificationis beatæ Mariæ, Cathedræ Petri, Matthiæ Apoſtoli, Annuntiationis Mariæ, Feſtum Paſchæ cum feria ſecunda & tertia ſequente, Marci Euangeliſtæ, Philippi & Iacobi, Inuentionis ſanctæ Crucis, Feſtum Aſcenſionis Domini, Feſtum Pentecoſtes cum feria ſecunda & tertia ſequentibus, Trinitatis, venerabilis Sacramenti, Natiuitatis ſancti Ioan-

Digitized by Google

Ioannis Baptiſtæ, Sanctorum Petri & Pauli, Viſitationis beatæ Mariæ, Magdalenæ, Iacobi, Laurentij, Aſſumptionis B. Mariæ, Bartholomæi, Natiuitatis beatæ Mariæ, Matthæi Apoſtoli, Michaëlis, Lucæ, Simonis & Iudæ, Omnium Sanctorum, Martini, Catharinæ, Andreæ Apoſtoli, Nicolai, Conceptionis B. Mariæ, & Sancti Thomæ Apoſtoli.

CAPVT II.

IN prædictis Feſtis, & etiam alijs Patronorum Parochialium Eccleſiarum principalibus, Synodus Prouincialis interdicit omnibus ſuæ prouinciæ Chriſti fidelibus opera manualia & ſæcularia quæcumque, mercatum item & forum rerum venalium, atque iudicibilia exerceri; ita tamen vt Epiſcopis in illis Feſtis quæ minùs celebria ſunt, ad populi commoditatem, liceat aliquid pro ſua diſcretione relaxare. Si quis autem huic ordinationi contrauenerit, mulctetur pœna pecuniaria vnius floreni ad pium vſum applicanda.

CAPVT III.

SI forum aut nundinæ incidant in aliquo ex celebrioribus Feſtis, ſeruentur illæ, vel ante, vel poſt Feſtum, prout Magiſtratus

ſtratus cuiuſque loci iudicauerint maxiè expedire. Et vetat Synodus Prouinalis omnibus Magiſtratibus & ſæcularius Iudicibus, ne cuiquam ex omnibus ædictis Feſtis violandi ſeu profanandi entiam concedant, ſed eos qui ab ipſis entiam huiuſmodi requirunt, ad Epiſcoum eiúſve Vicarium vel Paſtorem remitnt: alioqui contra eos tamquàm Synoalium Statutorum tranſgreſſores, & aliàs out de iure, procedatur.

CAPVT IV.

QVoniam ſanctus Rumoldus Archie-piſcopus & martyr, Patronus eſt Eceſiæ Metropolitanæ Mechlinienſis, leoque per totam Prouinciam Mechlienſem meritò veneramur; ordinat Syndus, vt primo Iulij, quo martyrium ſubt, aut proximo die conuenienti, per ciuiitem & totam Diœceſim Mechlinienm tamquam duplex, & in reliquis Ecleſijs ſeu Monaſterijs eiuſdem Prouinæ, ad inſtar Feſti nouem Lectionum ceebretur. Similiter etiam Feſtum Patroni ngularum Eccleſiarum Cathedralium, ıtra ciuitatem, tamquam duplex; extra erò, tamquam nouem Lectionum celeretur.

CA-

CAPVT V.

FEſtum Annunciationis B. Mariæ, ſi quando inter Dominicam Palmarum, & Dominicam Quaſi modò, inciderit, feria tertia poſt Dominicam Quaſi modò, tam à populo quàm à Clero celebretur: & ſi aliud Feſtum in hac feria tertia inciderit, illud in feriam quartam ſequentem transferatur.

DE IEIVNIIS.

CAPVT I.

VIGILIÆ ſingulis annis per totam Prouinciam Mechlinienſem ab vniuerſis ætatem habentibus, nec legitimè excuſatis, ſub periculo peccati mortalis ieiunandæ præter Quadrageſimam & quatuor anni Tempora, ſunt vigilia Pentecoſtes, Natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ, beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ſancti Laurentij martyris, Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis, ſancti Matthæi Apoſtoli, ſanctorum Simonis & Iudæ, Omnium Sanctorum, ſancti Andreæ Apoſtoli, & Natiuitatis Domini. Quæ ſi diebus Dominicis aut Lunæ euenerint, Sabbatis præcedentibus

ieiu-

Digitized by Google

ieiunentur. In locis autem vbi vel plura vel ſtrictiùs obſeruata fuerint, hortatur Synodus, vt piam conſuetudinem obſeruent.

CAPVT II.

INſuper in Feſto ſancti Marci, quo ſupplicationes pro laudabili Eccleſiæ more fiunt, & in diebus Rogationum abſtineatur per totam diem à carnibus, & ieiunetur ad minus vſque ad prandium.

DE IMAGINIBVS.

CAPVT I.

CVM domum Dei decet ſanctitudo, pro executione Decreti De inuocatione & veneratione, ac reliquijs Sanctorum, & ſacris Imaginibus, ſeſſ. 25. ſtatuit ſancta Synodus, vt è templis & locis ſacris tollantur imagines, ſculpturæ, aulæa, quæ gentilitatem, aut mendaces ethnicorum fabulas, Satyrorum, Faunorum, Sirenarum, Terminorum, & Nympharum, ac id genus lia repræſentant. Similiter quæcumque igurae laſciuæ, procaces, & ob pudendam uditatem vel aliàs obſcœnæ, & ſuperitioſæ, quæ fidelium mentes à religione & deuotione diſtrahunt, & ſæpiùs

grauiter offendunt. Neque poſthac vlla imago, aut ſtatua in Eccleſiam vel locum ſacrum recipiatur, niſi ab Epiſcopo admiſſa fuerit. Proinde Epiſcopi in viſitationibus curabunt imagines ſupradictas reformari, aut prorſus tolli, prout iudicauerint expedire.

CAPVT II.

PRouideant prætereà Epiſcopi, ne ad ornatum ſupplicationum venerabilis Sacramenti, aut Reliquiarum quarumcũque, exponat quiſquam vllas ſimiles imagines, ſculpturas, aut aulæa, idque ſub pœna arbitrio eorum infligenda: implorato etiam ad hoc, ſi opus ſit, contra ſæculares, auxilio brachij ſæcularis.

CAPVT III.

E Domibus & hortis Eccleſiaſticorum ſimiliter prædictæ imagines tollantur, præcipuè, quæ laſciuæ, procaces, & ob pudendam nuditatem, vel aliàs tam obſcœnæ, vt pias mentes offendant. Et ſi Clerici poſt publicationem huius Concilij prædictas imagines infra trimeſtre è ſuis domibus non eiecerint; curent Epiſcopi, vt contra illos ad condignam punitionem procedatur.

DE

Digitized by Google

DE INDVLGENTIIS.

MONET pios ſuos filios eadem hæc Synodus, ne circumforaneis quibuſdã, aut etiam cum priuilegio impreſſis libellis temerè fidem habeant, qui ex leuibus aut ſuperſtitioſis cauſis, incertiſque reuelationibus, immodicas, & plus æquo exorbitantes pollicentur indulgentias; potiſſimùm ſi promiſſiones contineant certorum effectuum, periculorum ſcilicet euitationem, à gladijs, à tormentis, ab aquis, à peſte, aut liberationem certam à Purgatorio. Quemadmodum & Miſſis quibuſdã, & precibus certo numero recitandis affixas, alicubi videre licet.

DE SVPERSTITIONE.

CVM rectè moneat ſacroſancta Trident. Synodus, vt omnis ſuperſtitio tollatur; docet hæc Synodus, omnem illum rerum vſum eſſe ſuperſtitioſum, qui ſine erbo Dei & Eccleſiæ doctrina fit, præriptis aliquibus ritibus & obſeruantijs, uarum rationabilis cauſa reddi non poſt, & fiducia in eis collocatur, certò exectandi aliquem euentum, qui ſine illis

Digitized by Google

ritibus ex Sanctorum interceſſione non ſperaretur; aut quæ in cultu Sanctorum ex temeritate, ac quadam leuitate potiùs, quàm pietate, & vera in Deum religione, fieri videntur.

DE EPISCOPIS, ET EORVM OFFICIO.

QVÆ de Epiſcopis œcumenica Synodus Tridentina pro Eccleſiæ collapſæ reformatione ſaluбriter ſtatuit & ordinauit, eadem Synodus Mechlinienſis hîc repetenda & innouanda duxit; ſicuti etiam repetit & innouat, ac ad illorum obſeruationem, ea quæ ſequuntur, ſtatuit.

CAPVT I.

VAcante Eccleſia cathedrali, obſeruatiſque ijs quæ de indicendis ſupplicationibus & precibus Concilium Tridentinum ordinauit; ſancta Synodus Mechlinienſis ſtatuit, quòd vbi de electione, poſtulatione, aut nominatione per eum, vel eos, quorum intereſt, facta conſtiterit; ſtatim auctoritate & iuſſu Metropolitani, ſi in Prouincia adfuerit, aut eo abſente, ſenioris Suffraganei in Prouincia præſentis, litteris

teris denuntiatorijs ſeu monitorijs legi-
nè expeditis,tam ad valuas Eccleſiæ va-
ntis, quàm ad valuas Eccleſiæ princi-
lis loci reſidentiæ electi vel nominati af-
xis,moneãtur omnes & ſinguli,qui ſciunt
anonicum impedimentum quodcum-
ue,quare electus, poſtulatus, aut nomi-
atus ad Eccleſiam vacantem aſſumi non
ebeat, idipſum infra certum tempus in
teris prædictis exprimendum Metropo-
ano vel ſeniori Suffraganeo reſpectiuè
enuntiare.

Capvt II.

NEmine verò infra præfixum termi-
num ſe opponente, Metropolitanus
ut ſenior Suffraganeus ex officio inquiret
informationem faciet, cum duobus per
im aſſumendis,de natalibus,ætate, vita,
oribus, doctrina & gradu promouendi,
de Eccleſiæ vacantis ſtatu, alijſque om-
ibus, quæ à ſacris Canonibus, & Conci-
Tridentini Decretis requiruntur. Quæ
mnia fideliter deſcripta, & in publicum
ſtrumentum redacta, vnà cum profeſ-
one fidei à promouendo coram Epiſco-
o cum ijſdem facta, quàm primùm ad
nctiſſimum Romanum Pontificem
anſmittantur.

Digitized by Google

CAPVT III.

INter ceteras Epiſcoporum functiones non infimum locum habet oratio pro populo & communis Sacrificij oblatio; de quibus ſi bonum habeant teſtimonium, non parum inde eis auctoritatis accedet. Quapropter ſæpiùs publicè & religiosè in ſuis Eccleſijs celebrent; & vt Canonicis ad frequentationem diuini Officij incitamentum præbeant, ipſi etiam, quando per Epiſcopalia munera licet, diuinis Officijs interſint.

CAPVT IV.

PRædicationis quoque officium, quod Epiſcopis proprium eſt, tum per ſeipſos, tum per alios cum omni diligentia & ſollicitudine exerceri curent.

DE SIGILLIS.

IN Epiſcoporum functionibus prę ceteris conſpicuum eſſe debet, quod ait Chriſtus, Gratis accepiſtis, gratis date. Cùm autem in gratioſis conceſſionibus & diſpenſationibus, item in collationibus, inſtitutionibus, & alijs quibuſlibet prouiſionibus, quæ gratis fieri debent, occaſione ſigilli varia iura ſoleant exigi; ſtatuit Prouincialis Synodus,

odus,

Digitized by Google

dus, omnia illa iura, tamquam non ſatis robata conſuetudine introducta, planè mittenda & relinquenda eſſe, & nihil ide accipi poſſe.

CAPVT II.

PRo litteris autem & ſigillis ac regiſtratione, ceteriſque eódem ſpectantibus, qui id oneris habent, & inſtrumenta examinare, regiſtra conficere & conſeruare debent, ratione illius ſumptus, & pro qualitate laboris, quem ſubeunt, ſtipendium moderatum pro conſuetudine accipere poſſint. Sed quod in communibus & mediocribus negotijs non excedat ſummam viginti vel triginta ſtuferorum; numquam verò, ne in maximis quidem, accipere poſſint vltra coronatum.

CAPVT III.

CEterum, ſi in relaxatione bannorum matrimonialium, aut ſimilium ordinationum, quod interdum quidem, ſed tamen non niſi ex legitima cauſa, fieri debet, eleëmoſyna aliqua in pium vſum deſtinata ditioribus imponatur; id non debet à quopiam in calumniam trahi, nec ſupradicta conſtitutione vetari intelligimus.

CAPVT IV.

QVod autem de Epiſcopis eorumque ſigillo nunc conſtitutum eſt, id etiam, eodemque, iure ad omnes alios præſentatores, collatores, eorumque præſentationes, collationes, inſtitutiones, & quamlibet aliam prouiſionem, cuiuſcumque gradus aut ordinis ſint, omnino pertineat; nec vlli eorum liceat prætextu iurium ſigilli vltra prædictum ſtipendium quidquam accipere.

CAPVT V.

IN Eccleſiis autem tam cathedralibus, quàm collegiatis & parochialibus, in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia quauis prouiſione; item in admiſſione ad poſſeſſionem, ceteriſque ſimilibus, id obſeruetur, quod cap. 14. ſeſſ. 24. in Concilio Trid. conſtitutum eſt, & ſub eiſdem pœnis.

CAPVT VI.

NE quis verò pium vſum in dicta conſtitutione aliò trahat, quàm quò verè pertinet; decernit Synodus hoc demum in pium vſum pro præſentis loci intelligentia conuerti, quod vel in fabricam Eccleſiæ, vel in pauperum eleëmoſynas,

ıas, vel in Seminarij ſubſidium deſti-
tur.

E MINISTRIS ECCLESIÆ, EORVMQVE RESIDENTIA.

IN deſignandis miniſtris & officio Eccleſiæ tantò maior delectus adhiberi debet, quantò digniora officia obeunt: & vt omnia ab decenter & bono ordine fiant, & vabundi errones excludantur; inprimis ıæcunque Concilium Tridentinū huc ectantia ſtatuit, ea omnia, velut repea, Prouincialis Synodus firmiter obuari præcipit, & pauca ſuperaddenda nſuit.

CAPVT I.

Taque mandat Synodus, vt Epiſcopi circa electorum aut nominatorum exaen, iuxta Concil. Trid. diſpoſitionem, ıt diligentes, quò inidoneis ad miniſteria ccleſiæ præcludatur via.

CAPVT II.

DEnique cùm dignitates in Eccleſijs Cathedralibus & Collegiatis ad conruandam augendamque Eccleſiaſticam ſciplinam ſint inſtitutæ, vt qui eas obtinent,

Digitized by Google

nent, pietate præcellant, & alijs ſint exemplo; ſtatuit eadem Synodus omnium Eccleſiarum & Monaſteriorum Abbates, Præpoſitos, Prælatos, Decanos, Archidiaconos, Archipreſbyteros, Pœnitentiarios, Cantores, Scholaſticos & Theſaurarios, & alios beneficiorum, quibus aut cura animarum annexa eſt, aut onus ſimile incumbit, poſſeſſores, ad perſonalem reſidentiam in Eccleſijs ſuarum dignitatum aut beneficiorum obligari, & perſonaliter reſidere debere. Et ſi vltra tres menſes, poſtquam à locorum Epiſcopis moniti fuerint, perſonaliter reſidere neglexerint, aut diſtulerint, fructibus ſuarum dignitatum aut beneficiorum priuentur.

CAPVT III.

SI qui autem ex prædictis ſeſe priuilegio perpetuo aut temporali tutos & exemptos à perſonali reſidentia putent, dictum priuilegium Epiſcopo, ſeu eius Vicario, infra tres menſes exhibeant, vt cognoſcat, an ex veris & rationabilibus cauſis conceſſum ſit, nec ne. Si verò infra dictos tres menſes non exhibuerint, effectu & fructu priuilegij omnino careant.

Digitized by Google

CAPVT IV.

OMnes tam exempti, quàm non exempti, ſæculares & regulares, & quiımque Monachi, per Epiſcopum ad puicas proceſſiones, ex quacumque cauſa dictas vocati, accedere & tempeſtiuè inreſſe compellantur, exceptis ijs qui ob auſuram ſtrictiorem excuſantur; in quiıs proceſſionibus & alijs quibuſcumque, :c non in omnibus conſeſſibus quæımque Collegia & Monaſteria Capitu; ſeu Clero Cathedralium Eccleſiarum imum ſeu digniorem deferant, non ſom in Eccleſijs & locis patronatus Caıedralium, ſed etiam in Eccleſijs & locis ctorum Collegiorum & Monaſteriom; cetera autem Collegia non Cathe:alia & Monaſteria, quoad præcedenım, hactenus inter eos obſeruatam conetudinem & concordiam (ſi quæ ſit) te:ant & ſequantur.

CAPVT V.

N Eccleſijs Cathedralibus, hic ordo .tam in Choro, quàm Capitulo & oceſſionibus omnibuſque conſeſſibus, l ſopiendas de præcedentia controuerıs, perpetuò obſeruandus decernitur: :imò quidem qui in dignitate conſtituti ſunt,

Digitized by Google

ſunt, omnes non conſtitutos in dignitate præcedant; & inter eos, qui in dignitate ſunt, poſt Decanum Eccleſiæ Cathedralis primum locum Archidiaconus habeat.

CAPVT VI.

MOnet & hortatur Synodus omnes & ſingulos Preſbyteros, ne tantæ dignitatis gradum otioſè ſuſcepiſſe videantur, vt diebus Dominicis & Feſtis maioribus ſacrum Miſſæ Officium peragant. Ceteri verò Clerici beneficiati in loco ſuorum beneficiorum actu reſidentes, ſiue ſint ſimplicis tonſuræ, ſiue in ſacris, aut minoribus Ordinibus conſtituti, ſaltem in quatuor maioribus Feſtiuitatibus anni, Paſchæ videlicet, Pentecoſtes, Natiuitatis Chriſti, & Aſſumptionis B. Mariæ, vel omnium Sanctorum, in Eccleſijs, in quibus reſident, publicè ſub ſummo Sacro de manibus celebrantis reuerenter & deuotè ſumant ſacroſanctum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſub pœna ſuſpenſionis & priuationis omnium fructuum, ad ratam vnius menſis, mediatim Fabricæ, mediatim Seminario applicandorum, & aliàs arbitraria, niſi apud Epiſcopum vel eius Vicarium ſe legitimè excuſauerint.

CA-

Caput VII.

VT autem dignè valeant accedere ad ſacratiſſimam menſam Domini; acceptum Deo offerre ſacrificium; nnia peccata, ſaltem mortalia, ſince- proprio Paſtori, aut Prælato, vel al- ri legitimè admiſſo Sacerdoti con- eantur. Et ſi ſcienter alijs confeſſi fue- at, veram abſolutionem non conſe- uuntur.

Caput VIII.

PRæcipit etiam Paſtoribus & Eccleſia- rum Rectoribus, ne quem vagum ignotum Sacerdotem, ſine licentia piſcopi ſui diœceſani in ſcriptis obten- , ad celebrationem Miſſarum aut Sa- amentorum adminiſtrationem admit- nt, ſub pœna duorum florenorum per aſtores ſeu Rectores incurrenda, & va- orum Sacerdotum correctione arbitra- a: Epiſcopi autem prædictam licentiam on concedant, niſi viſis litteris ſacerdo- i, & commendatitijs, & teſtimoniali- ous Epiſcopi vel Vicarij loci vltimæ reſi- entiæ eorum.

Caput IX.

NVllus quoque extradiœceſanus ſiue peregrinus, quantumcumque notus, reci-

recipiatur ad habitationem & deſeruituram alicuius beneficij in aliena Diœceſi, ſine litteris commendatitijs Epiſcopi, à quo vltimè diſceſſit.

DE DECANIS CHRISTIANITATVM, PASTORIBVS, ET EORVM OFFICIIS.

De his qui ſub Epiſcopis populi curam gerunt, eorumq́ue officio, in Concilio Tridentino multa præclarè ſtatuta ſunt; quæ omnia Synodus Prouincialis pro dignitate rerum obſeruare præcipit; & quæ ſequuntur, in ſupplementum ſuperaddidit.

CAPVT I.

CVm à Concilio Tridentino conſtituta ſit certa ratio prouidendi Rectoribus Eccleſiarum parochialium de competentia viuendi; mandat Synodus Prouincialis Epiſcopis, vt ijſdem, iuxta præſcriptum dicti Concilij, de portione canonica prouideant. Quæ quidem, computatis certis fructibus & emolumentis, ac incertis ſeu accidentalibus, quæ ad certam ſummam

ıam communibus tribus aut quatuor
nnis vltimè præteritis redigi poſſint ; in
ngulis Parochijs nō infra viginti, in nullis
ıtem ſupra quadraginta libras groſſorum
landriæ conſtituatur , moderatione ta-
ıen Epiſcopi ſemper ſalua.

CAPVT II.

CVm eadem ſit ratio de Paſtoribus & Archipreſbyteris , ſeu Decanis ıralibus , qui & ipſi Paſtores Paſtorum ınt , & eorum officium in obſeruatione ıorum , tam Paſtorum quàm laicorum ıi diſtrictus conſiſtat ; ſtatuit hæc Synoıs , vt ſicuti Paſtores in ſuis parochialius , ita omnes Archipreſbyteri ſeu Chriianitatum Decani in ſuorum Decanaıum limitibus ad perſonalem reſidenam compellantur.

CAPVT III.

ARchipresbyteri rurales in ſingulis Diœceſibus pro diſcretione Epiſcoorum aſſumantur, qui poſſint Paſtoribus ita, conſilio, & exemplo prodeſſe, & non luribus præficiantur Eccleſijs, quàm poſnt commodè regere , ac ſint arbitrio Eiſcoporum amouibiles.

CA-

CAPVT IV.

PRo traditione noui Chriſmatis nihil accipiant, expenſas tamen ſeu ſumptus eius cauſa neceſſaria factos, arbitrio Epiſcopi recipere poterunt, tempore conuocationis aut viſitationis.

CAPVT V.

CAueant Chriſtianitatum Decani, ne alibi quàm in templo aut loco ſaltem decenti & honeſto, neque alijs, quàm perſonis Eccleſiaſticis, & in mundis ac diſtinctis capſulis, ſacrum Chriſma & reliqua Sacramentalia diſtribuant, aut deferenda committant: illis autem qui hæc Sacramentalia ſuſceperint deportanda, mandat Synodus ſub pœna duorum florenorum ad vſus Seminarij applicandorum, & aliàs arbitraria, vt ſacro Chriſmate & alijs Sacramentalibus acceptis, ſtatim ſe domum modeſtè & reuerenter conferant, ac tum maximè à crapula & ebrietate abſtineant.

CAPVT VI.

VAcatione Eccleſiæ parochialis occurrente, licet Synodus plurimum optaret circa examen promouendi ad illam obſeruari diſpoſitionem Concilij Tridentini; attendens nihilominùs, quòd in qui-

ꝗibuſdam Diœceſibus propter nimiam acerdotum inopiam illa ſeruari non po-ſt, omnia & ſingula circa huiuſmodi xamen neceſſaria, locorum Epiſcopis au-toritate eiuſdem Concilij committit, de-ernens collationes & prouiſiones, poſt xamen ipſorum iudicio neceſſarium, fa-tas, firmas eſſe & validas.

CAPVT VII.

PAſtores inſtituti diligenter aduigilent ſuper ſuorum parochianorum vita, onuerſatione & religione; ac illos fre-uenter moneant, viſitent, hortentur c corripiant, infirmos conſolentur, & d patientiam inſtruant, ac Eccleſiaſtica acramenta, non ſolùm quando ad hoc equiſiti fuerint, vt adminiſtrent, ſed pro-oſita ipſis Sacramentorum vtilitate ac ne-eſſitate, etiam ſe ad illa adminiſtranda ffferant paratos, & illos ad petendum ea ibi adminiſtrari ſalutari admonitione in-lucant.

CAPVT VIII.

CVm frequenter varia ſequantur in-commoda, lites & contentiones ex o, quòd in vna eademque Eccleſia plu-es Paſtores auctoritate pares toti Paro-chiæ præſint; Synodus Prouincialis in ſe-

Digitized by Google

quendo diſpoſitionem Concilij Tridentini, ſtatuit & ordinat, vt Epiſcopus in huiuſmodi locis vnicuique Paſtori ſuum proprium & peculiarem aſſignet populum, deputando cuique certas plateas, vicos & regiones, quarum quiſque curam gerat, aut diuerſas portiones ad vnum Paſtorem reducat; qui tamen ſub ſe tot habeat adiutores, quot erunt populo neceſſarij, aut vtiliori modo, prout loci qualitas exegerit, prouideat.

CAPVT IX.

ETſi diuerſi Catechiſmi & alij libelli exſtent, ex quorum lectione Paſtores paruo negotio poſſint populum ſibi creditum vtiliter inſtituere; nihilominùs hæc Synodus ſecundùm Concilij Tridentini diſpoſitionem, ſtatuit & ordinat ex Catechiſmo Tridentino colligendam & edendam eſſe lingua vernacula quamdam epitomen, quæ pro ſingulis Sacramentis breuem formam contineat, qua illorum vis & vſus clarè & diſtinctè explicetur. Quam epitomen, cùm exſtiterit, Paſtores diligenter ediſcere, & populo opportunè proponere, tam in concionibus, quàm in Sacramentorum adminiſtrationibus teneantur, ac ſemper, quantum

um fieri poteſt, in ſuis concionibus ſeriò liquid inculcent, non ſolùm quod ad bonos mores, ſed etiam quod ad ſinceram idem pertinet, veris & viuis rationibus doctrinam Catholicam explicando citra diſputationem. Inſtruant etiam populum le cærimoniis & myſteriis Miſſæ, dum e offert occaſio.

CAPVT X.

PAſtores quoque ab omnibus ad ſuas Parochias commigrantibus ſuper via & fide illorum litteras teſtimoniaes vltimi ipſorum Paſtoris requirant; quas ſi non exhibeant, curiæ Epiſcoali inſinuent, vt eas exhibere compellantur.

CAPVT XI.

PAſtoribus & quibuſcumque Sacerdotibus inhibet Synodus ſub pœna aſperſionis, ne per ſe vel alium, directè el indirectè, ſtipulentur pro Miſſis votiuis, ad piorum poſtulationem celerandis; ſed quod eis ſpontè oblatum fueit, accipiant: caueant quoque ne ſtipendium plurium Miſſarum ſimul venentur, ſed qui ratione beneficij, aut alterius undationis ad Miſſam certo die celebrandam obligantur, ab alijs eodem

tempore abſtineant, niſi ſubſiſtente cauſa, & per●lium ſibi incumbens onus adimpleant: qui contrà fecerint, ſeueriter puniantur.

CAPVT XII.

PRo exequijs autem, ſeptenarijs, tricenarijs, aut anniuerſarijs ſimiliter nihil ſtipulentur; ſed Officijs peractis demum recipiant, aut à recuſantibus, & poſt gratioſam monitionem ſoluere differentibus, iuridicè exigant, quod ex laudabili conſuetudine ſolui conſueuit.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

QVÆ à Summis Pontificibus, & S. Synodis, maxmè à Synodo Trid. de Clericorum habitu, vita, honeſtate, & modeſtia retinẽda, & ſimul de luxu, comeſſationibus, luſibus, & quibuſcumque criminibus vitandis, copioſè & ſalubriter ſancita ſunt; eadem ſub ijſdem, aut etiam maioribus pœnis, tamquam hîc repetita, Synodus Prouincialis ſeruari præcipit, & mandat: & ſtatuit ea quæ ſequuntur.

CA-

CAPVT I.

NVlli Clericorum, omnium autem minimè hi qui in Eccleſia actu miſtrant, barbam nutriant, & capillitium ependens à fronte ad-auriculas ſenſim rotunditer præcidatur: Tonſuram & oronam in vertice conſpicuam, & notailis magnitudinis pro gradu Ordinis ſui mper gerant.

CAPVT II.

QVò autem luxus vani huius ſæculi à Dei miniſtris arceatur, nullus Cleriorum nimis pretioſis, aut ſtatui inconruentibus in poſterum vtatur veſtibus, eque caligis follicantibus, & peregrina orma leuitatem præferentibus.

CAPVT III.

DVm in publicum prodeunt, qui in ſacris Ordinibus conſtituti ſunt, pium Sacerdotalem & veſtem geſtent tarem, potiſſimùm qui in oppidis agunt: ui verò ruri, vt minimùm ad dimidium biarum vſque promiſſam habere deeant. Porrò Clerici viatores aut peregriantes ita ſe decenter ſuaque profeſſione ignè gerant, vt eorum moribus, verbis, abituque modeſto per omnia glorificeur Deus.

Digitized by Google

CAPVT IV.

CLerici qui in Academijs, aut Scholis maioribus vel minoribus viuunt, & in alio quàm ſui beneficij loco reſident, intra menſem à die publicati huius Concilij Prouincialis, corona, pileo, caligis ſimplicibus & veſtitu Ordini ſuo & vocationi congruo vtantur; & ſingulis annis huius rei teſtimoniales litteras ſigillo Vniuerſitatis, ſi in ea reſideant, munitas, aut Ludimagiſtri manu, ſi in priuatis Scholis agant, conſcriptas, ei, cui litteras teſtimoniales ſtudij exhibere debent, tempore congruo tranſmittant. Qua in re ſi defectuoſi fuerint, fructibus ſuorum beneficiorum priuentur.

CAPVT V.

A Tabernarum frequentatione, ebrietate, comeſſationibus, & ſuſpecta cum mulieribus conuerſatione & cohabitatione omnino abſtineant, neque prandia ad veſperarum horas protrahant, neque choreas ducant, aut per plateas vel domos nocte & interdiu laruati incedant; & ſi per quemquam contrarium factum fuerit, priuatione diſtributionum & fructuum ſui officij ſeu beneficij per menſem puniatur,

r,& creſcente contumacia creſcat ſimi-
:er & pœna.

DE CORRECTIONE CLERICORVM.

MVLTA præclarè ſtatuta ſunt in Concilio Tridentino de corre-ctione delinquentium, ſine qua diſciplina conſiſtere non poteſt; uæ quidem vt nihil attinet repetere, ita iſtrictiſſimè obſeruari Synodus Prouin-ialis mandat: & ne res neceſſaria moras atiatur, ſi de iuriſdictione, aut per quos orrectio fieri debeat, ſuboriatur quæſtio; :atuit Synodus Prouincialis breuiter uod ſequitur.

CAPVT I.

VT litium & diſcordiæ occaſio præ-ſcindatur, quoniam in aliquibus De-retis Concil. Trid. de iuriſdictione & orrectione loquentibus dubitari poſſet, n Capitulis Cathedralium & Collegia-arum Eccleſiarum, omnis iuriſdictio & orrectio extra formam Decretis Concil. Γrid. præſcriptam ſublata ſit; placuit Syn-›do Prouinciali per modum prouiſionis, : donec declaratio ſuæ Sanctitatis ſuper

difficultatibus circa præmiſſa occurrentibus obtenta fuerit, Capitula Cathedralium & aliarum Eccleſiarum, tam quoad Canonicos aut in dignitate exiſtentes, quàm quoad Capellanos, Vicarios, & alios Eccleſiarum habituatos, retinere iuriſdictionem & cognitionem, tam in criminalibus, quàm ciuilibus, per præuentionem: hoc eſt, poterunt Capitula Epiſcopum, dolo & concluſione ſublatis præuenire, ijs tamen tantùm caſibus, quibus hactenus iuriſdictionem habuerunt. quam quidem præuentionem, auctoritate Epiſcopi citatio, etiam ſine ſcitu Deputatorum excludet.

Capvt II.

IN Canonicos verò, etiam ſi in dignitate exiſtant Collegiatarum Eccleſiarum, necnon Capellanos, Vicarios, & alios quoſcumque Eccleſiarum Cathedralium ſeu Collegiatarum beneficiatos, Epiſcopi in criminalibus & ciuilibus cauſis iuriſdictioně & correctionem ſine Deputatis Capitulorum exercere poterunt, niſi à Capitulis præuenti fuerint, vt dictum eſt; ſic tamen quòd Capitula in illis caſibus, in quibus conceditur eis punitio, ſequantur Decreta Concil. Trident. alioquin illorum corre-

rrectione non obſtante, poterunt delin-
ientes per Epiſcopos iteratò puniri.

CAPVT III.

NVllus poſthac Archidiaconus, Ar-
chipreſbyter, aut Decanus ruralis
uſas concubinatus, aut criminales, ſicuti
ec matrimoniales, audeat cognoſcere,
it etiam inchoatas terminare, ſub pœna
penſionis à diuinis, & aliàs arbitraria
iſcopi iudicio in refractarios aut teme-
rios infligenda.

DE SCHOLIS.

AB inſtitutione inchoáda eſt Chri-
ſtiana diſciplina, vt rudiores non-
nihil deguſtent doctrinæ verita-
tem, & obedientiæ neceſſitatem,
iuſquàm pœnis vrgeantur. Proinde Pro-
ncialis Synodus Mechlinienſis atten-
ens, quòd inſtitutionis labor erit facilior,
fructus vberior, ſi iuuentus à teneris an-
s aſſueſcat religionis initijs; ſtatuit &
ecreuit ea quæ ſequuntur.

CAPVT I.

Vrent Epiſcopi, vt quamprimùm in
oppidis & pagis ſuarum Diœceſium
rochiales Scholæ, ſi collapſæ ſint, re-
ituantur; ſi conſeruatæ, colantur & au-

geantur: ſed præter parochiales, non admittantur multæ: nullæ autem omnino de nouo inſtituantur, niſi de conſenſu Epiſcopi aut eius Vicarij; & à Scholaſtico, aut alijs, quibus id oneris incumbit, omnes interdum viſitentur.

CAPVT II.

SCholis tantùm præficiantur Præceptores probè examinati, & qui fidei ſuæ integram profeſſionem fecerint. In inſtitutione ſequantur antiquam & probatam formam, ac iuuentutem ſibi concreditam, omnium primò Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, Decalogum præceptorum, & formulam confeſſionis, ſi neſciant, lingua vernacula edoceant.

CAPVT III.

HIs qui ad linguam Latinam inſtituuntur, vnica in Scholis prælegatur Grammatica, eaque Deſpauterij in compendium contracta. Inter Auctores, eos tantùm iuuentuti proponant, de quibus conſtat quòd probati ſint; & ſiquidem de aliquo non certò conſtet, Epiſcopum aut Vicarium conſulant, priuſquàm prælegendum ſuſcipiant. Illi autem Auctores, qui per gentilitatem, aut turpes amores, iuuenum

Digitized by Google

um mores corrumpere poſſent, à Scholis ceantur.

DE SCHOLA DOMINICALI.

CAPVT I.

CVM non omnes quotidianas Scholas frequentare poſſint, ſed multi per hebdomadam artificijs aut alijs domeſticis occupaonibus diſtinentur, quorum tamen pa- entes ſæpè ad inſtituendas ſuas proles in- lonei ſunt; ideò ad ſatisfaciendum De- reto Concilij Tridentini curent Epiſcopi ræter quotidianas Scholas etiam Domi- icales in omni Parochia inſtitui, in quibus na aut altera hora diebus Dominicis & eſtiuis lingua vernacula benè & diſtin- tè, omnes, prima principia religionis, vi- elicet Orationem Dominicam, Symbo- um Apoſtolorum, & alia ſupradicta me- oriter edoceantur, addita per Paſtorem el Sacellanum facili, & qualem illa ætas dmittit, explicatione ad guſtum aliquem ntelligentiæ, vt omnes rebus ſacris debi- am reuerentiam ab initijs primæ ætatis ribuere diſcant.

CA-

Digitized by Google

CAPVT II.

ETſi hæ Scholæ non propriè inſtituantur ad litteras diſcendas, aut artem ſcribendi atque legendi; poterit nihilominùs iuuentus in his doceri, poſtquam in prædictis vtcumque inſtituta fuerit: & curent Epiſcopi quoſdam libellos deſignari ad inſtituendam iuuentutem ſecundùm hanc formam aptos.

CAPVT III.

AD petulantiam cohibendam, & vitanda pericula in omnibus Parochijs, maſculi à puellis, quantum fieri poterit, ſeorſim inſtituantur: atque puellis, quæ ſæpè erunt grandiuſculæ, vna aut altera honeſta matrona præficiatur, quod ad ſexus illius inſtructionem magis congruit; maſculis autem, viri ad hoc idonei.

CAPVT IV.

ET niſi aptior locus inueniatur, poterunt hæ Scholæ in templis inſtitui, vt etiam reuerentia cohibeantur, atque illis Paſtores ſinguli in ſuis Parochijs ſuperintendant. Sed quia his etiam ſua incumbunt officia, ac ſæpè ad ægrotos, aut alia Paſtoratus exercitia vocantur, alij Paſtorum & Magiſtratuum, ſeu notabilium iudicio deſignentur neceſſe eſt, qui iuuentuti

uti ad ſtatutam horam fixè ſemper ad-int, ne diffluat.

CAPVT V.

PAſtores tam è ſuggeſtu, quàm priuatim, parentes frequenter admoneant, t ad has Scholas pueros ſuos mittant. Et quia pauperes plerumque negligentiores unt circa ſuarum prolium inſtitutionem, lebent & illi per ſubtractionem eleëmoynarum menſæ pauperum cogi, vt quas iabent proles, ad has Scholas mittant. ’ublicent quoque Paſtores, quòd ad Euhariſtiæ aut Matrimonij Sacramenta adnittere non poſſint, niſi inprimis fidei rincipijs ſufficienter inſtructos: ac vt conulatur verecundiæ, ſi quos pudor ab his emoretur, præcipit Synodus Paſtoribus c alijs Concionatoribus, vt quando temus patitur, in fine concionum ſuarum, ngua vernacula diſtinctè & clarè Orationiem Dominicam, & Salutationem Angecam, & Symbolum Apoſtolicum pro-untient.

CAPVT VI.

VT autem Scholæ iſtæ non fruſtrà inſtitutæ videantur, ſed cum fructu requententur, ineunda erit Magiſtratibus oci cuiuſque ratio à parentibus obtinendi,

di, vt iuuentus has Scholas diligenter frequentet, tantiſper ſaltem, donec quæ religionis Chriſtianæ ſunt, nouerit; idq́ue ſub certa mulcta à parentibus, ſi moniti ſuas proles ad Scholas venire non curent, exigenda.

Capvt VII.

EPiſcopi Magiſtratus requirant, & mandent in omnibus Parochijs abſtineri, tempore quo in Scholis iuuentus inſtituitur, à tripudijs & alijs inſolentijs, quibus iuuenes à viſitatione harum Scholarum diſtrahi poſſent; idq́ue ſub pœnis arbitrio eorum imponendis. Ipſi quoque Epiſcopi per ſuas Diœceſes in ſingulis Parochijs ſub certis pœnis ſimilem inhibitionem ipſorum nomine fieri procurent.

Capvt VIII.

CVm hæc res maximi momenti ſit, & ad reſtitutionem religionis proximum gradum ſeruet, non debet graue videri, quòd Magiſtratus ſumptuum aliquid vel moleſtiæ ſubeant, ſi (quod in quibuſdam Diœceſibus factum eſt) oſtiatim deſcribant parentes & proles in quodam catalogo; qui tradatur his qui Scho-

læ

æ præſunt, vt ex eo deprehendi poſſint, qui negligentiores ſunt.

CAPVT IX.

SVmptum, qui neceſſarius erit, vt honorarijs donentur qui labores ſubeunt, ſi fortè non inueniantur qui pietatis intuitu gratis facere velint, ex publico ærario ſumere licebit, impetratis ad eam rem, ſi opus erit, ſuæ Maieſtatis litteris, quales in quibuſdam locis pro huiuſmodi Scholarum inſtitutione libenter dedit, cùm nihil in meliores vſus collocari poſſit, quàm quod ad rectè inſtituendam iuuentutem, & à teneris annis ad pietatem imbuendam impenditur: Paſtores autem, etiam nulla remunerationis oblata mercede, officia ſua in dirigenda hac Schola, & in breui admonitiuncula pro captu iuuentutis facienda præſtent, vt ſuo exemplo alios ad imitationem inuitent. Magiſtratus autem ſæculares decet non ingratos eſſe erga eos, ſi diligentes ſint, cùm qui benè præſunt, duplici honore ſint digni.

DE

Digitized by Google

DE SEMINARIIS.

CAPVT I.

NE diutiùs vt pia, ita prorſus neceſſaria Seminariorum inſtitutio à Concilio Tridentino decreta differatur; ordinat & mandat Synodus Prouincialis, vt, vbi hactenus illorum inſtitutio facta non eſt, in proxima Synodo Diœceſana, aut aliàs commodiori tempore, ita tamen, vt vltra ſex menſes non differatur, Epiſcopi Diœceſani omnia & ſingula ad hanc rem opportuna & neceſſaria conſtituant, ſecundùm eiuſdem Concilij Tridentini ordinationem: & prima futura Synodus diœceſana non ſoluatur, donec certa erigendi Seminarij ratio in ſingulis Diœceſibus fuerit conſtituta.

CAPVT II.

ATque ante omnia, quæ ad inſtituendos vel alendos pueros ſunt in aliquibus Eccleſijs deſtinata Seminaria, ſub Epiſcopi cura cenſeantur applicata.

DE

DE VNIONIBVS.

VT beneficiorum vniones & Miſſarum reductiones aliquando neceſſaæ ſunt, potiſſimùm in eiuſmodi caſibus, uales in Concilio Trid. expreſſi ſunt; taıen vt citra iuſtam cauſam non obſcuentur fundationes per vniones aut redutiones non legitimas, ſtatuit Synodus 'rouincialis quæ ſequuntur.

CAPVT I.

OMnes vniones perpetuæ, à quadraginta annis citrà factæ ſeu conceſſæ, ue in totum ſortitæ ſint effectum, ſiue on, infra ſex menſes à præſentis Statuti ublicatione Epiſcopo aut eius Vicario ſeu)fficiali exhibeantur, vt ab ipſo examientur, viſitentur, & approbentur, aut rerobentur.

CAPVT II.

MIſſas quoque tenuiter fundatas, & in beneficij titulum non erectas, ſtatuit er Epiſcopos, vocatis quorum intereſt, d proportionem quatuor, quinque, aut ex groſſorum Flandriæ, prout attens circumſtantijs iudicauerint expedire, d non vltra in ſingulas Miſſas reduci oſſe.

Digitized by Google

CAPVT III.

QVoad beneficia certis Miſſis onerata, ſi præter id quod ex Miſſarum celebratione poſſeſſor pro ſuſtentatione ſua habet, nihil amplius emolumenti ex eodem beneficio ratione groſſorum fructuum aut diſtributionum recipiat, ſimilis Miſſarum reductio fieri poterit. Qui verò alios fructus aut diſtributiones ex beneficijs, quæ obtinent, accipiunt, eorum in reductione facienda aut deneganda diligens conſideratio habeatur: ita nimirum, vt ſi omnibus computatis honeſtè viuendi competentiam Rector beneficij habeat, reductio negetur; ſin minùs, pro diſcretione & prudentia Epiſcoporum iuxta taxam præſcriptam fieri poſſit. In poſterum verò nullæ nouæ fundationes Miſſarum infra dictam taxam admittantur.

CAPVT IV.

MInora beneficia etiam eiuſdem Eccleſiæ ſic vniantur, vt ſi non ſufficiant ad honeſtum & tolerabilem victum, ſaltem ad titulum in promotione ad ſacros Ordines requiſitum poſſint ſufficere.

Digitized by Google

E ELOCATIONE ET CONSERVATIONE BONORVM ECCLESIASTICORVM.

CAPVT I.

ELOCATIONES bonorum Eccleſiaſticorum, quæ anticipatis ſolutionibus fiunt, nullatenus ſucceſſores obligent, quocumque uilegio vel indulto fulciantur, ſicut p. 11. ſeſſ. 25. Concil. Trid. latiùs decerur.

CAPVT II.

NVllæ locationes rerum Eccleſiaſticarum fiant vltra nouem annos ſine ſeruatione ſolemnitatum, quæ de e requiruntur in alienatione bonorum cleſiæ.

CAPVT III.

Ocationes autem infra tempus currentis arendæ non priùs renouen-, quàm vno anno quoad decimas; quoad alia bona, ad ſummum trien- ante finem currentis arendæ; quodq; renouatione dictæ arendæ poſſeſſo- beneficiorum non recipiant arrhæ no-

 mine,

mine, vltra ſex florenos: Collegia verò & Monaſteria nihil exigant ſupra conſuetas pitancias, ſaluo in omnibus Epiſcopi moderamine. Locationes autem, quæ ad longum tempus factæ ſunt, & per Sedem Apoſtolicam, aut Ordinarium confirmatæ, examinentur per Epiſcopum cum aliquo de Capitulo per Epiſcopum aſſumendo.

Capvt IV.

QVamuis longo rerum vſu apud omnes receptum ſit, neminem ad poſſeſſionem alicuius beneficij admitti, niſi iureiurando promittat bona ſui beneficij fideliter conſeruare, & alienata pro virili recuperare: attamen multorum à ſuis beneficijs abſentiâ aut negligentiâ plurima quotidie deperdi aut obſcurari experimur. Hinc Synodus Prouincialis omnibus & ſingulis beneficiatis mandat, vt bonorum & reddituum ad beneficia per eos poſſeſſa ſpectantium ſpecificationem in ſcriptis Superiori Eccleſiaſtico aut Paſtori cuiuſque Eccleſiæ ſeu loci, in quo beneficia fundata ſunt, infra trimeſtre poſt publicationem præſentium, ſub pœna duorum florenorum exhibeant; & Superior ex dictis ſpecificationibus, addita etiam ſpecificatione

ıtione bonorum ſui beneficij, vnum re-
ſtrum in archiuis Eccleſiæ conſeruan-
ım fideliter conficiat, atque ipſius co-
am authenticam Epiſcopo tradat.

CAPVT V.

Itteras verò originales, regiſtra, & alia quæcumque munimenta, quæ vetu-
ate conſumuntur, curent ijdem beneſi-
orum Rectores infra præfixum tempus
authenticam formam tranſſumi, eaque
anſſumpta in qualibet Eccleſia reſpecti-
: ſub tuta & fideli cuſtodia trium cla-
um (quarum vnam Superior Eccleſia-
cus, aliam ſenior Rector fabricæ, & ter-
ım ſenior Rector menſæ ſancti Spiri-
s habeat) cum aliis munimentis con-
ruetur: & ſi quid ex prædictis munimen-
;, pro creditorum aſſecutione leuari ne-
ſſum ſit, Rectoribus beneficiorum non
iter tradatur, quàm ſub recepiſſe, & pro-
iſſione de reſtituendo.

CAPVT VI.

I verò aliqua munimenta ex prædictis apud poſſeſſores beneficiorum, aut he-
des, aut executores eorum exiſtant, in-
a dictum tempus trium menſium ad di-
am cuſtodiam deferant, & in ea reclu-
curent; quòd ſi neglexerint, & eorum

culpa vel negligentia aliquid deperditum inueniatur, damnum omne reſarcient, & grauiter punientur. Quapropter mandat Synodus Archipreſbyteris ſeu Decanis Chriſtianitatum, vt diligenter huius Statuti executioni inuigilent, litteras, manualia, & quæcumque beneficiorum munimenta, quæ in domibus mortuarijs inuenerint, fideliter ſeruari, & ad cuſtodiam prædictam tranſportari curent.

CAPVT VII.

QVia frequenter bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, beneficiorum, & aliorum piorum locorum pereunt, aut obſcurantur continuata poſſeſſione longiſſimi temporis, in vna eademque familia, ſine vllo arendæ renouatæ documento; Synodus Prouincialis volens etiam huic malo prouidere, mandat omnibus Prælatis, Capitulis, Paſtoribus, & quorumcumque beneficiorum & locorum piorum Rectoribus, vt tempore ſuprà ſtatuto arendas bonorum ſuorum in ſcriptis renouent, cum expreſſa ſpecificatione limitum, quatenus fieri poteſt, quodque arendas antiquas, in archiuis prædictis, poſtquam plenariam ſolutionem aſſecuti fuerint, deponant.

DE

Digitized by Google

DE REGVLARIBVS ET MONIALIBVS.

RELIGIOSORVM conuentus & v-
niuerſa Monaſteria ſecundùm
regulam ſuæ profeſſionis rectè
inſtituta, id ſunt in populo Chri-
iano, quod arces militum præſidio benè
ſtructæ in regione hoſtium incurſioni-
ıs expoſita; ac proinde etiam totius po-
ıli intereſt, vt quæ de Monaſteriorum
formatione in Concilio Trid. copiosè
onſtituta ſunt, executioni fideliter man-
entur: quod vt citra longiorem dilatio-
em fiat, hæc Synodus diſtrictè præcipit
uæ ſequuntur.

CAPVT I.

Nprimis autem vt ſubſtantialia vota in
omnibus Cœnobijs, tam virorũ quàm
ıulierum, veraciter obſeruentur, pluri-
ıum conferet, ſi ea auferantur, quæ pro-
ietati totius Religionis perniciosæ pe-
i occaſionem & fomenta ſubmini-
rant. Præcipit ergo hæc Synodus, vt vi-
us, veſtitus, ceteraque vitæ ſubſidia ſin-
ılis ex communi pro neceſſitate indigen-
æ, & Monaſterij facultatibus, ſubmini-

ſtrentur, non in pecunijs; ſed in ſpecie rerum. Penſiones autem vitales, aut reditus perpetuos nulli permittantur recipere; neque liceat eis ratione officiorum vel miniſteriorum pecuniam corradere, aut conſeruare, etiam ſi in pios vſus conuertere velint, ſed omnia in communem vſum conuertantur.

CAPVT II.

DEinde vt vitæ puritas ſit integrior, introitus mulierum à virorum Cœnobijs penitus excludatur, nec in clauſtrum eis vllus ſit aditus, niſi de expreſſo Superioris conſenſu, & in cauſis planè neceſſarijs.

CAPVT III.

HOſpites in virorum Monaſterijs iuxta regulam excipiantur in menſa Abbatis, Præpoſiti, vel Prioris, vel alio honeſto loco, cui præficiatur Monachus à Superiori nominandus, qui eos benignè excipiat, maximè Religioſorum conſanguineos, aduocatis ijs, quorum cauſa venerint. Sit tamen menſa frugalis, viteturque prorſus ebrietas & potationes ad æquales hauſtus; ſed nec protrahatur refectio vltra ſeſquihoram, nec deſit ſacra lectio. Ad dormitorium autem ſe conferant veſper-

Digitized by Google

eſpertino tempore ante horam nonam, ui hoſpitibus adfuerunt.

CAPVT IV.

QVod de clauſura in Monialium Cœnobijs vel reſtituenda, vel confir-ıanda, tam ſeriò in Concilio Trid. con-itutum eſt, vt nihil ferè religioſiùs com-ıendetur Epiſcopis, nihil etiam magis ɔrmidanda comminatione præcipiatur; æc Synodus citra moram ex communi ecreto inchoandum, & executioni man-andum duxit, ab excluſione omnium, ıiuſcumque generis, ordinis, aut ſtatus nt, ſiue Eccleſiaſtici, ſiue ſæculares, iuxta ɔrmam, & ſub pœnis in eodem Concilio ɔmprehenſis.

CAPVT V.

HOſpitalitati in Monaſterijs Sancti-monialium deputetur conueniens ɔcus, vbi amici, & potiſſimùm conſan-ıinci Monialium, decenter & honeſtè, ugaliter tamen, excipiantur. Sed ſit locus e ſic ſecluſus à clauſtro, vt in eum non ateat vlli Monialium, imò ne Abbatiſſæ uidem, vlterior introitus, quàm vſque ad ıncellos, per quos colloquia cum amicis aberi poterunt.

CAPVT VI.

SEd & hoc in vtriſque tam virorum quàm monialium Cœnobijs diligenter obſeruetur, vt ad diuinum Officium ſimul conueniant & collaborent, in eodem refectorio omnes comedant, & in eodem dormitorio cubent, niſi quos ætas aut infirmitas, vel aliud legitimum excuſet impedimẽtum. Ad dormitorium ſe recipiant mox poſt Completorium; & ſic claudatur, vt nemo inde exire poſſit ſine conſenſu Superioris.

CAPVT VII.

QVod ad libertatem profeſſionis Deo dicandarum virginum de examine per Epiſcopum faciendo vtiliter admodum ordinauit Concil. Trident. cap. 17. ſeſſ. 25. diſtrictiſſimè & ſub pœnis ibidem expreſſis ſeruetur. Caueatur autem diligenter & seriò, ne pactionibus illicitis, aut ſimoniæ vitio obnoxijs, ſacræ Religionis profeſſio contaminetur: nec vlli omnino in mulierum Monaſterijs profiteri liceat, etiam examine iam facto, niſi ſolemniter & verbo expreſſo; idque in manu profeſſionem recipiendi poteſtatem habentis: & ſi quis non habens ad id legitimam poteſtatem, profeſſionem recipere

re

e attentauerit, ſecundùm Canones pu-
niatur.

Capvt viii.

ETſi veſtis non adferat ſanctitatem, non tamen ſine graui cauſa à Patribus ſemper ſtudioſè curatum fuit, vt Religioſis eiuſdem Ordinis & regulæ vniformis eſſet etiam exterior habitus, quem Canones ſine legitima cauſa, abſque periculo cenſurarum, ne ad breue quidem tempus, permittunt deponi.

Capvt ix.

HAnc concordem Patrum religioſorum ſententiam ſecuta Synodus Prouincialis, ordinat & mandat Abbatibus, Præpoſitis & alijs Religioſorum Superioribus vniuerſis, vt citra dilationem inter ſe meant commodam rationem reſtituendæ conformitati in ſuo quiſque Ordine, non tantùm in habitu, ſed etiam in diuino cultu & ritibus agendi; & quantum fieri poteſt in ceteris omnibus monaſticæ vitæ exercitijs: ac nullo modo patiantur ſic deformari Religionis habitum, vt non ſit certum & notorium indicium ſui Ordinis; neque ſic occultari aut transformari, vt Religioſi, dum foras prodeunt, à ſæcularibus vix diſcernantur.

Ca-

CAPVT X.

SI autem Abbates, Præpoſiti, & alij S. periores Regularium, iſta vel non c. rent, vel negligenter differant, ab Epiſc. pis moneantur; & ſi moniti non parean, Epiſcopi in Abbatijs & Præpoſituris ſi i ſubiectis, ordinaria in alijs Apoſtolica a. ctoritate negligentiam ſuppleant.

CAPVT XI.

HÆc autem ſic conſtituta ſint, vt a l fideliorem obſeruationem eorum, quæ in Concilio Tridentino ordinat a ſunt, pertineant. Quòd ſi fortè (licet meliora ſperet Synodus) Moniales alicubi ita inobedientes aut refractariæ ſint, vt ſupradictis ordinationibus pertinaciter reſiſtant, aut parêre recuſent, nulla ibi vel veſtiatur, vel ad profeſſionem admittatur, donec ad obedientiam veniant; & contra rebelles procedatur iuxta Decreta Concilij Tridentini.

DE

Digitized by Google

E LITTERIS APOSTOLICIS ET IVDICIBVS DELEGATIS.

CAPVT I.

SYNODVS Prouincialis Mechlinienſis mandat, vt diſpenſationes ad incompatibilia beneficia, per illos qui ea obtinent, infra imeſtre à die publicationis huius Conilij Epiſcopis præſententur examinandæ, ıb pœna in conſtitutione Gregorij decini expreſſa, ad quam ſe refert Concilium Tridentinum.

CAPVT II.

INhærendo quoque ordinationi Concilij Tridentini, de deſignandis in ſingulis Concilijs Prouincialibus aliquot perſonis ro Iudicibus delegatis, de conſilio Reuerendiſſimorũ Patrum Epiſcoporum Proinciæ Mechlinienſis, ſtatuit & declarat ræſenti Decreto infraſcriptas perſonas ptas eſſe, & iuxta conſtitutionem Bonifaij octaui idoneas, vt ipſis, præter Ordinaios locorum, poſthac cauſæ Eccleſiæ & pirituales, ac ad forum Eccleſiaſticum ertinentes in partibus delegandæ, à ſua anctitate committantur. Quarum perſonarum

narum nomina, cognomina & qualitates, decernit eadem in hunc finem ad ſuam Sanctitatem tranſmitti debere.

In Archiepiſcopatu Mechlinienſi pro idoneis nominati & deſignati ſunt, *D. Rumoldus Vergheeſt, V.I. Licentiatus, & Eccleſiæ Metropolitanæ Decanus; D. Renobertus de Malpas, V.I. Doctor, eiuſdē Eccleſiæ Cantor & Canonicus; D. Ægidius Mermans, Iurium Licentiatus, & prædictæ Eccleſiæ Canonicus.* Louanij, *Reuerendus Pater D. Ioannes Hanterus, Abbas Vlierbecēſis; Reuerendus Pater D. Carolus van Linde, Abbas Parcenſis; Reuerendus Pater D. Ioannes van Linde, Abbas ſanctæ Gertrudis.* Bruxellæ, *D. Maximilianus Morillon, Iurium Licentiatus, Archidiaconus Eccleſiæ Metropolitanæ Mechlinienſis, & Reuerendiſſ. Archiepiſcopi noſtri Vicarius generalis; D. Laurentius Sterck, Cantor & Canonicus Eccleſiæ collegiatæ Bruxellenſis.*

In Epiſcopatu Antuerpienſi, *D. ac M. Rutgerus à Taxis, I.V. Licentiatus, Decanus Eccleſiæ Cathedralis, & Officialis; Reuerendus Pater D. Guilielmus de Greue, Abbas Monaſterij S. Michaëlis Antuerpienſis;*

D. Cor-

Digitized by Google

D. Cornelius Cornelij, Cantor eiuſdem Cathedralis Eccleſiæ; D. Godefridus Venſels, I. V. Doctor, & Canonicus eiuſdem Eccleſiæ; Franciſcus Donker Canonicus & Scholaſter eiuſdē Eccleſiæ, ſacræ Theologiæ Bacalaureus.

In Epiſcopatu Gandenſi, *D. ac M. Marcus Sterck, Eccleſiæ Cathedralis Gandenſis Decanus; D. Clemens Crabeels, V. I. Licentiatus, & eiuſdem Eccleſiæ Archidiaconus; D. Andreas Zutter, I. V. Doctor; & D. ac M. Henricus Eydeghem, Eccleſiæ Collegiatæ ſanctæ Pharaildis Decanus.*

In Epiſcopatu Buſcoducenſi, *D. ac M. Lucas Dielem, I. V. Licentiatus, & Eccleſiæ Cathedralis Decanus; Reuerendus Pater D. Abbas Monaſterij Bernenſis; Ioannes Typoots, V. I. Licentiatus, Canonicus dictæ Cathedralis Eccleſiæ, & Officialis; & Petrus Coolem, eiuſdem Eccleſiæ Canonicus; M. Henricus Verrepæus, Collegiatæ Eccleſiæ Bekenſis Decanus.*

In Epiſcopatu Brugenſi, *D. ac M. Nicolaus de Heere, V. I. Licētiatus, & Cathedralis Eccleſiæ Brugenſis Decanus; Reuerēdus pater D. Petrus Belchier, Monaſterij de Eeckhout Abbas; D. Iacobus Eckius, V. I. Licentiatus, eiuſ-*

Digitized by Google

eiuſdem Eccleſiæ Archidiaconus; D. Iacobus Pamele, S. Theologiæ Licentiatus, & dictæ Eccleſiæ Canonicus.

In Epiſcopatu Yprenſi, *D. Ioannes Snick Eccleſiæ Cathedralis Decanus; Reuerendus D. Hieronymus à Grimberghe, Monaſterij S. VVinnoci Abbas; D. Nicaſius Ghrÿſel V. I. Licentiatus, & eiuſdem Eccleſiæ Cathedralis Archipresbyter;*

Reuerendus D. Matthæus Moomān, Cœnobij de Vormezele Præpoſitus; D. Ioannes à longa couce, Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ ſancti Petri, oppidi Caſletenſis; ac D. Godefridus Laureyns, eiuſdem Eccleſiæ Decanus.

In Epiſcopatu Ruremondenſi, *Magiſter Theodoricus Haen, Decanus Eccleſiæ Cathedralis Ruremondenſis; M. Albertus Dazius, Iuris Can. Licent. ac Eccleſiæ Neomagenſis Præpoſitus; M. Stephanus Heidanus, Eccleſiæ Neomag. Scholaſticus; D. Guillelmus VVerdt, Canonicus dictæ Eccleſiæ Cathedralis.*

SI verò quempiam ex prænominatis ante proximam Synodum Prouincialem aut diœceſanam ex hac vita diſcedere

dere contigerit; Epiſcopus cum conſilio Capituli, alium vſque ad proximam Synodum ſubſtituet: quam ſubſtitutionem Epiſcopus quoque ad Summum Romanum Pontificem tranſmitti curabit.

DE VSVRIS.

QVONIAM vſura Iure diuino & canonico, omnibus Chriſtianis ſub pœna peccati mortalis interdicitur, neque facienda ſunt mala, vt eueniant bona; Synodus ſtatuit & ordinat, ne quis tutor aut curator ſub prætextu augmentandi patrimonij pupillorum, aut ſub eorum curatela exiſtentium, pecunias illorum ſub certo lucro ſingulis annis vltra ſortem recipiendo mutuò dent; retenta facultate repetendæ ſortis, quando ad maiorem ætatem peruenerint, aut matrimonium contraxerint, aut aliàs ad illorum voluntatem & arbitrium; declarando omnes huiuſmodi contractus vſurarios, & contra, vt præmittitur, mutuantes, tamquam contra vſurarios ad pœnas iuris procedendum.

DE VISITATIONIBVS.

QVæ de Epiſcoporum viſitatione S. Synodus Tridentina ſtatuit & ordinauit, ea omnia Synodus Prouincialis Mechlinienſis à viſitatoribus quibuſcumque fideliter obſeruari præcipit.

CAPVT I.

CAueant Epiſcopi, ne occaſione viſitationis, ſiue per ſe, ſiue per Vicarios ſuos, cuiquam graues & oneroſi exiſtant, ſed victualibus, quæ ſibi ac ſuis frugaliter & moderatè pro temporis neceſſitate, & viſitandorum qualitate, miniſtrabuntur, contenti ſint; relicta tamen his, qui antiquitus taxam habent, optione ſubminiſtrandorum victualium, aut ſoluendæ taxæ iuxta Decretum Concilij Tridentini: vbi autem taxa non inuenitur, ſeruetur apud eos iuris communis diſpoſitio.

CAPVT II.

DEcani Chriſtianitatis viſitare debeant, vbique, etiam vbi hactenus non viſitarunt; & ſubſidia viſitationis, vbi hactenus non fuerunt, Epiſcopi iudicio conſtituantur: & ſi quid immoderatum alicubi fuerit, eiuſdem iudicio moderetur.

Etſi

Digitized by Google

ETſi alia ſint, quæ reformatione opus habeant; tamen cùm non omnia eodem tempore fieri poſſint, & quædam in Concilio diœceſano commodiùs peragantur, vt de reparatione Eccleſiarum, de emolumentis penorum, & lucris ex venditione vinorum, non niſi in pium vſum conuertendis, poſt deductos ſumptus, ſimiliter de non onerandis illis, qui ad beneficij poſſeſſionem admittantur, ſolutione iurium poſſeſſionis, priuſquam ad perceptionem ſuorum fructuum peruenerint, & id genus alijs; Epiſcopi in proxima diœceſana Synodo ſtatuant pro æquitate. Interim mandat eadem Prouincialis Synodus, vt omnia & ſingula ſupradicta, & inprimis quæ in ſacro Concilio Trident. decreta & ſtatuta ſunt, inuiolabiliter obſeruentur, ſub pœnis in ijſdem contentis; ſubmittens ſe ſuaque omnia beneplacito Sanctæ Sedis Apoſtolicæ: quam humillimè rogat, vt eadem, quò meliorem habeant progreſſum, ſua auctoritate roborare dignetur. Actum Mechliniæ, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Menſis Iulij die decimaquarta.

Digitized by Google

SIC SVBSIGNATVM.

Martinus Rythouius Epiſcopus Yprenſis, Præſes huius Concilij, ſubſcripſi.

Franciſcus Sonnius Epiſcopus Antuerpienſis, ſubſcripſi.

VVilhelmus Damaſi Lindanus Epiſcopus Ruremondenſis, ſubſcripſi.

Cornelius Ianſenius Epiſcopus Gandauenſis, ſubſcripſi.

Remigius Driutius Epiſcopus Brugenſis, ſubſcripſi.

Laurentius Metſius Epiſcopus Buſcoducenſis, ſubſcripſi.

Maximilianus Morillon Vicarius generalis Illuſtriß. & Reuerend. D. Cardinalis Granuellani Archiepiſcopi Mechlinienſis, eius nomine ſubſcripſi.

ET SIC SCRIPTVM INFERIVS,

Lecta & publicata fuerunt hæc Decreta per me Antonium Robijn Scribam Iuratum Concilij Prouincialis Mechlinienſis die decima quinta menſis Iulij anni xv^{c}. lxx.

Et ſignatum, Per me Antonium Robijn.

Et in eodem ſigno ſic ſcriptum: Suſtine & abſtine.

Et inferiùs ſic ſcriptum & ſignatum,

Similiter per me Philippum Boëſtium Scribam & Secretarium.

SVM-

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII.


ALBERTI & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ *Archiducum Auſtriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimorum Belgij Principum Priuilegio cautum eſt, nequis* Decreta & Statuta Synodi Prouincialis Mechlinienſis, die vndecima menſis Iunij anni M. D. LXX. Pontificatus S^mi in CHRISTO Patris ac Domini noſtri D. PII Diuina prouidentia Papæ V. anno tertio inchoatæ, & decimaquarta die mẽſis Iulij eiuſdem anni concluſæ, *præter Balthaſaris Moreti voluntatem imprimat, aut alibi impreſſa in inferioris Germaniæ ditiones importet venaliáve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione Librorum & alia graui pœna mulctabitur, vt latiùs patet in litteris datis Bruxellæ,* XXVII. *Ianuarij*, M. DC. XI.

Signat.

S. de Grimaldi.

Et in Concilio Brabantiæ,

I. de Buſchere.



Digitized by Google